

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Caro siue corpus n  
cum fonte primo

Cur carnem tuam preciosis rebus inpinguas  
et adornas quam post paucos dies uermes  
deuoraturi sunt in sepulcro  
et animam tuam bonis operibus non adornas  
que Deo et angelis eius presentanda est  
in iudicio?  
Cur ergo animam tuam uilipendis  
et ei carnem preponis?  
Dominam ancillari et ancillam dominari  
magna abusio est.

Bernardus in sermone quodam et Hugo de  
claustro anime.

Cur carnem tuam pretiosis rebus impinguas  
et adornas, quam post paucos dies vermes  
devoraturi sunt in sepulcro;  
animam vero tuam non adornas bonis operibus,  
quae Deo et Angelis ejus praesentanda est  
in coelis?  
Quare animam tuam vilipendis,  
et ei carnem preeponis?  
Dominam ancillari, et ancillam dominari,  
magna abusio est.

Auctor incertus (Bernardus Claraeuallensis?),  
*Meditationes piissimae de cognitione humanae  
conditionis*, 3.8 (PL 184, col.490B-C).